Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

luij.

co et iumenta eius. Tu
lit igitur moyses virgam
quam erat in conspectu domini
sicut preceperat ei; et egre
gata multitudine ad petram
dixit eis. Audite rebelles et
increduli. Numquid de petra
hac nobis aquam poterimus educere?
Cumque elevasset moises ma
num percussit virgam bis silicem;
egressae sunt aquae largissime ita
ut populus biberit et iumenta.
Dixitque dominus ad moysen
et aaron. Quia non credidi
stis mihi ut sanctificaretis me
coram filiis israel: non introdu
cetis hos populos in terram quam
dabo eis. Haec est aquae contra
dictionis ubi virgati sunt
filii israel contra dominum, et sanc
ificatus est in eis. Gradual. Ecce
spera mea cor meum et caro mea
et refloruit caro mea et ex voluntate
mea confitebor illi. V. Ad te domine
clamavi deus meus ne sileas ne dis
cedas a me. tract. Rex regum.
In illo t. Venit iesus in
iesus in civitatem samarie quae
dicitur sichem iuxta predium quod
dedit iacob filio suo io
seph. Erat autem ibi fons
iacob. Iesus autem fatigatus
ex itinere sedebat sic super
fontem. Hora autem erat
quasi sexta. Venit mulier de sa
maria haurire aquam.
Dicit ei iesus. Da mihi bibere.
Discipuli enim eius abierant
in civitatem ut cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa sama
ritana. Quomodo tu iudeus
cum sis bibere a me poscis quae
sum mulier samaritana? Non
enim coutuntur iudei samaritanis.
Respondit iesus et dixit ei. Si
scires donum dei et quis est
qui dicit tibi da mihi bibere tu
forsitan petisses ab eo; et
dedisset tibi aquam viuam. Dicit
ei mulier. Domine: neque in quo
haurias habes et puteus altus
est; unde ergo habes aquam viuam?
Numquid tu maior es patre
nostro iacob qui dedit nobis puteum
istum? et ipse ex eo bibit et
filii eius et pecora. Respondit
iesus et dixit ei. Omnis qui bibit
ex aqua hac sitiet iterum: qui